



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Accidia mala sunt quatuor.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

Accidie mala sunt quatuor.

P Rimum est, quia auferit homini bona naturæ, sicut, naturale ingenium, & cetera bona naturalia. Vnde legimus de seruo pigro exprobrato apud Mat. Tolite ab eo talentum, & date illi qui decem talenta. Omni enim habentiabitur, & abundabit, & qui non habet studium, uel uoluntatem operandi, etiam q[uod] uideatur habere, auferetur ab eo, sicut facultas operandi. Iusto enim iudicio fit, ut ille, qui non uult bene operari, cum possit, postea non possit cum uelit. Secundum, quia auferit ei bona gratia, quod potest ostendi per hoc, q[uod] gratia spiritus sancti sicut ignis est, qui non potest esse ociosus, unde desinit non esse, si desinat non agere. Amor dei (inquit Gregorius) nusq[ue] est occisus, operatur enim magna si est, si autem operari renuit, amor non est. Vnde Diuus Bernardus dicebat. O bone Iesu non est amor tuus ociosus, quite diligunt non tepescunt. Ob hoc Paulus dicebat. Gratia dei in me vacua non fuit, Nec solum gratiam

Mat. 25

Grego.

Bern.

1 Cor. 15

CHRISTIANI

perdit , sed & fructum amittit, quia
gratia deberet præcedere , & sic au-
fert totam huius uitæ utilitatem.

Vita nanq; hæc sine fructu grauior
mors est, qui duplex malum ligno
infructuoso paratur , silicet se-
ris , & ignis . Tertium quia aufer-
bona gloriæ . Vnde Ecclesiasticus

Ecc, 28 inquit . Qui operatur terram suam
satiabitur panibus . qui autem se-
statur ocium, replebitur egestate.
Bona gloriæ dantur solis strenuis,

Mat, II & laborantibus . Vnde in Matheo
dicitur . Regnum cælorum uim pa-
titur , & uiolenti rapiunt illud. Grâ-
dis enim uiolentia est , in terra na-
sci , & cælum capere; & quod per
naturam nequimus , per uirtutem
habemus . Vnde uerisimile est , q
ociosus ac iners, qui lentè incen-
suum locum in cælo perdat. Nemo
igitur in hoc itinere torpescere de-
bet, ut ignauiter in patria locum

Augu. amittat . Vnde Augustinus, ait, Iu-
stus ut cœlestia capiat, caueat ne
ina iis ab opere dies eat . Quartum

est , quia facit hominem non profi-
cere , maximè religiosum ; quia
quanto magis soli iustitiae appro-
pinquare homines uidentur , tanto
frigidiores, & inferuentiores fiunt:
Vnde quanto deberent progredi,

INSTITVTO. 10

regrediuntur, quemadmodum Di-
vus inquit Bernardus. In via uitæ Bers,
nō progredi, regredi est; & quanto

appropinquare deberent terræ pro-
missionis, ab ea magis elongantur,
sicut accidit filijs Israel in deserto.

Vnde Regius cantor ait: Errauerūt Psal. 106

insolitudine, in inaquoso uiam ci-
uitatis habitabilis non inuenierunt.

Ad dicta etiam accedit. Quod facit
tempus amittere, quod quidem ma-

ximum damnum est. Sed de hoc
clarius in capite de tempore ui-

debit.

*Accidie remedia sunt
quinque.*

Primum est diuersitas occupa-
tionum. Semper aliquid bo-
ni operis facere debemus, ne
diabolus nos occupatos esse uidēs,
ociosos nos inueniat, & sic non ha-
bebit ubi possit esse. Quia dum res
aliqua perfectè occupata fuerit, al-
terius rei capax esse minime potest.
Secundum est consideratio pœnæ
eternæ, que pigro & ocioso para-
tur. Vnde de seruo inutili apud
Matthæum legitur. Eiicite eum in
nebras exteriores. Tertium est

Mat. 25